

68.

Papst Innocenz III. schreibt dem Domkapitel zu Merseburg, daß er auf den Bericht des Erzbischofs von Magdeburg die Postulation Dietrichs, des unehelich geborenen Archidiacons von Merseburg, zu ihrem Bischof nunmehr zugelassen und denselben als Erwählten anerkannt habe. Palestrina, 1203 Mai 3.

5 *Hdschr.: Reg. Innoc. III. No. 5 fol. 66 No. 87. Vatikan. Archiv.*

Gedr.: Bréquigny, Ep. Innocent. III. 2,1,297; ed. Migne 2,90. Potthast 1894. Böhmer-Ficker 5838.

. . Preposito, . . decano et capitulo Merseburgensibus. Cassata quondam electione, quam de dilecto filio . . Mersburgensi archidiacono temere feceratis pro eo, quod ipse minus legitime natus a vobis eligi non debuerat, sed a nobis poterat postulari, in hoc vobis
10 et ei gratiam duximus faciendam, ut, si denuo conveniretis in eum a sede apostolica postulandum, venerabilis frater noster . . Magdeburgensis archiepiscopus inquireret diligenter, si consensus vester esset canonicus vel extortus, et si vigeret in archidiacono ipso tam morum honestas, quam scientia litterarum, et id nobis per suas litteras intimaret. Cum ergo convenissetis in ipsum a sede apostolica postulandum, dictus archiepiscopus tam a
15 canonicis quam ab omnibus prelatiis Mersburgensis diocesis excepto Mersburgensi preposito, qui iurare volebat, ut ferret super hiis testimonium veritatis, recepit iuratoriā cautionem, quorum depositiones nobis misit suis litteris interclusas, significans etiam, quod prepositus ipse, licet iurare noluerit, confessus tamen fuerat coram eo, se in eundem archidiaconum convenisse cum aliis et tunc etiam convenire. Nos igitur inspectis depo-
20 sitionibus iuratorum et diligentius intellectis didicimus ex eisdem, quod sponte convenerant in archidiaconum memoratum, et quod idem archidiaconus et honestus erat in moribus et in scientia competenter instructus et utilis hac tempestate presertim ad regimen ecclesie memorate. Quapropter Mersburgensi volentes ecclesie providere propter evidentem utilitatem et necessitatem urgentem de benignitate sedis apostolice gratiam vobis duximus
25 faciendam, postulationem vestram de fratrum nostrorum consilio misericorditer admittentes. Monemus igitur discretionem vestram et exhortamur attentius et per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus eidem archidiacono tamquam electo vestro debitam reverentiam et honorificentiam impendatis salubria monita et statuta ipsius recipientes humiliter et inviolabiliter observantes. Volumus etiam et mandamus, ut electum ipsum predicto
30 archiepiscopo presentetis statutis temporibus ordinandum in presbiterum et in episcopum consecrandum. Datum Preneste v. non. maii.

69.

*Bischof Bertold von Naumburg erklärt, daß er Güter des Klosters Pforta in Kathewitz in Folge Tausches gegen Güter in Seobkove für sein Stift übernommen habe, welche letzteren Erkenbold von
35 Greißlau in die Hände des Markgrafen Dietrich und letzterer in die Hände des Bischofs auf-
gelassen habe. Altenburg, auf dem Schlosse des Kaisers, 1203 [Januar—September].*

Hdschr.: Kop. Perg. Dipl. Portense (Saec. XIII.) fol. 5^b Bibliothek der Landesschule Pforta. Phot. II. St. A.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforta 75. Böhmer-Ficker 77^a.

— — Universitati proinde fidelium tam presentis etatis quam future posteritatis
40 manifestum esse volumus, quod nos Portensis ecclesie bona in Kothewiz cum adiacenti silva